

5 Sicur etiam (vt ex supradictis patet) licitum est dominis res aliquas fructiferas habentibus eas alijs pro voluntate tradere, reservantes sibi certam pensionem inde percipiendam, vt in l. x. cum similib. C. de iure emphyt. In re enim propria quilibet est moderator & arbiter, vt in l. i. in re mandata, C. de mandat. cum similib. sic legitimus Iosephum pradia multa Aegyptijs tradidisse, servata ipsi Pharaoni certa pensione annua solvenda. Genes. cap. 47. Et in specie probat late Medin. in suo C. de restitut. in iud. de reb. per vsur. acquisit. cap. de censib. quoad carum insti. col. 5. vers. secundum patet, fol. mibi 165, col. 1. illius folij.

6 Si vero res immobilis tradatur, nullo constituto precio, subiectivi quibusdam annuis redditibus solvendis domino tradenti ea pactione adiecta, vt quoties soluta fuerit certa quaedam quantitas pecuniarum pro praedictis annuis redditibus ipsi redempti remaneret, vel quod ea possint redimi: quae tamen ad rationem quatuordecim millium pro quolibet milliario non ascenderet: tunc etsi adhuc reductionem iuxta nostrae legis dispositionem quibusdam videri posset locum habere, tum quia paria sunt, aliquid esse certum per se vel per relationem ad aliud vt in l. certum cum similib. ff. si certum petat. & sic quamvis in praefata specie precium à principio non constituitur: attamen ex conditione facultatis redimendi certa quaedam pecuniarum quantitate soluta videtur eadem pro precio eiusdem rei fuisse postea assignata: tum etiam quia nihil interesse videtur, quod initio contractus vel postea precium assignetur: vt quoniam casu de mente & intentione contrahentium constare videtur volentium rem illam dictam precio estimare: denique quia si contraria opinio vera esset, facile frequentes fraudes fieret nostrae legi: nam partes illud e rei volentes, hoc modo contrahendi vterentur in fraudem eiusdem legis.

Nihilominus his non obstantibus in praefata modo narrata specie contrarium verius existimo cum Chafano & ceteris supra citatis, nempe in ea reductione, de qua in hac lege nostra 6 ex rationibus, quibus resolvimus non habere locum eo casu l. 4. supra cod. tit. 15. lib. 5. Nova Collect. Regia. vbi contrarijs satisfecimus, quae rationes hic etiam convenire videntur: Lex etenim hic 6, loquitur tantum in venditione, impositione sine constitutione censuum & reddituum annuorum redimibilium, qui communiter precio pecuniario accepto imponuntur super bonis constituendis penes ipsum remanentibus: tunc enim cum ratione dicti precij pecuniarij solvi debeant, merito (ne demus vsurae suspicionem) vt non minori, quam à Rege per legem nostram taxato precio, hoc est, quatuordecim millium pro quolibet milliario constituantur, & aliter constituti ad dictam rationem & precium reducuntur. At vero quoties fundus datur sub annuis redditibus domino ipsius solvendis, vt in nostra specie ex nostra non loquitur, diversusq; casus hic est ab eo de quo agitur: Nam cum hic annuus reditus non ratione pecuniarum, sed fundi fructiferi ad censum dari solvi caveatur (quamvis alias in iustitia posset committi, si plus debito fundus dicto annuo censu oneraretur) vsurae vitium, nec labe considerari in eo minime potest, ac proinde ratio nostrae legis hoc casu non convenit. Ergo nec ipsius dispositio locum habere debet.

Nec obstat, si adhuc in istis, decisionem nostrae legis generalem esse in quacunq; censum redimibilis constitutione, vt ibi: *In ius in censu aliquos de al. gustar.* Nam respondeo agere tantum de censibus, qui precio pecuniario statim accepto emuntur, vt constat ex ea, ibi: *A minor precio de a raxon de acatorze mil maravedis cada millar.* Sed census, de quo praesens noster est sermo, non est huiusmodi, nec fundus estimatus certo precio

traditur: sed ad censum in alterum transfertur: Ergo in eo locum non habet nostra lex. Praeterea hoc spectius sic ex fine nostrae legis, ibi: *T lo mesino se entienda y guarde en los iuros que hañta aqui avemos vendido, y vendiere, mos de aqui adelante.* Nam cum Legislator praecedentem legis dispositionem, de qua nunc agimus, amplius in iuribus Regijs redimibilibus se venditis super sui: Regalibus, consequens est in praecedente parte legis loquutum fuisse de similib. iuribus à privatis venditis hoc est, quando privatus vendidit super suis bonis praedictum censum: non vero quando rem suam tradidit ad censum: hic enim non est contractus venditionis, sed emphyteusis, vt in §. ad ea, ff. de locat. nec pactum redimendi postea adiectum efficit contractum emphyteusis praecedentem mutari in venditionem: nam potius res solvitur onus census rei impositionem: quam venditionem inducat. At vero in priori specie, quam venditionem inducat: At vero in priori specie, nempe fundo vendito certo quodam precio, & interim quod precium non solvitur annuo censu dicti pretij instituto, soluto pretio, venditio fundi praecedens solidatur, & ad sui principium atq; originem reducitur, sicque alio respectu cessat hoc in casu solutio census quam in superiori, nempe secunda specie in qua resolvimus, non habere locum legis nostrae de constitutione: cum igitur haec dissimilia sint, nil mirum, si diversum jus in quolibet casu statuerimus.

Ex quibus omnibus in hac secunda specie dictis bene consequitur motum proprium S. D. N. D. Pij Quinti Pontificis Maximi, 14. Calendas Februar. anno 1569, latum super forma creandi census cum suis requisitis solemnitatibus & penis locum non habere, cum fundus vel altera res immobilis à domino ad pensionem annuam solvendam etiam redimibilem alteri traditur, quoad vitale domini reservato sibi directo dominio eiusdem rei, & sic in contractu emphyteusis huiusmodi, vel etiam in censu perpetuo iure Pontificio introducto, de quo in cap. constitutus, de relig. dom. qui celebratur, quoties habens plenam rei dominium, eam alteri tradit, quoad ipsam dominium vitale & directum pro centum aureis ea pactione, vt perpetuo ex ea re sibi decem aurei annui solvantur [hac enim est differentia inter contractum census & emphyteusis, vt ex alius resolut. D. Covar. lib. 3. var. cap. 7. nu. 1. & Ant. Goin in l. 68. Tit. 1. 2. & novissime Doct. Guillerm. Redan. in tract. de reb. Ecclesiasticis, non alienand. in vrb. de constit. annui census, n. 2. & fol. 101.] Nam cum ipse motus proprius expressim loquatur in censibus annuisque redditibus redimibilibus, qui super bonis recipientis precium pro ipsis in pecunia numerata constituantur, in quibus praefatam formam à Summo Pontifice praescriptam ad vnguem observandam esse non dubium est, non vero in nostra specie: recte igitur sine pecunia numerata & ceteris solemnitatibus à motu proprio alijs requisitis contractus hic census emphyteusis vel alter, de quibus agimus, celebrari poterit validus: quoniam non vero fecerit, quamvis aliqua pactione eis adiciantur, quae contentis in dicto motu proprio contraria videantur: quae tamen alias iure communi valida sunt, cum tempore traditionis rei suae possit quis quaecunq; pactione & conditiones adijcere, & sine servanda, vt in l. 1. & ibi Doct. C. de iure emphyt. & motus proprius, vt est praedictum, hoc casu minime loquatur, sed sine omni ab eo, ac proinde remaneant in dispositione iuris communis. *Communis ff. de liber. & posthum. cum similib.* & quod dictus motus proprius his casibus non loquatur, patet ex principio ipsius, vbi agit de censuum contractibus, de quibus sui antecessores egerunt nempe Martinus V. & Calixtus II. *L. sui extr. avag. de empt. & vend.* vbi de his duobus contractibus, nempe emphyteusis & census perpetui mi-

nime loquuntur, sed in censibus redimibilibus à recipientibus pecuniam numeratam super suis bonis constitutis, vt patet ex extr. avag. *Martini V. ibi; Super bonis suis, dominis, praedijs, domibus & hereditatibus vendere constituit; & vendidit annuus census vnius vel plurium marcharum &c. & Calixtus III. ibi; Super eorum bonis, agris, praedijs, possessionibus & hereditatibus annuus marcharum florenj. seu grossorum moneta in partibus illis currentis reditus: seu census vendentes, &c. Et post huius operis primam editionem ita in terminis vtriusque probavit Nauar. *conf. 5. & 8. de censibus simul iunctis.* Caveri tamen oportet hoc casu, ne excedatur in impositione maioris census, quam res iuste mereatur: qui alias iniustitia committetur, quae non annullat contractum.*

Maior autem dubitatio versatur, an dictus motus proprius locum habeat in priori specie 3. relata, eo nempe casu, quo fundus vel altera res immobilis venditur certo quodam precio, & interim quod precium non solvitur: constituitur annuus reditus super eo pro dicto precio ad rationem quatuordecim pro vno, iuxta dispositionem nostrae legis, an hodie attento dicto motu proprio valeat contractus hic census, cum pecunia non appareat de praesenti nec sit numerata: Nam ex praecedentibus in dicta prima specie, in terminis nostrae l. 6. & l. 4. 3. eodem videbatur dicendum minime valere, quia contractus 3. dictus fuit emtionis & venditionis dicti fundi: precium autem ipsum fuit datum ad censum; non vero ipse fundus inestimatus: Ergo census quamvis fiat in pecunia; tamen ea si non appareat tempore celebrationis instrumenti coram Notario & testibus, nec sit numerata, non valebit, & in terminis videtur ita tenere, reprobandum similem consuetudinem F. Ioan. *Grat. de contrah. 2. part. cap. 4. fol. 117 & segg.* quem sequitur novissime post huius operis primam editionem, ad dds Merhyngnam Saluaticam. *Instructorium negotiantium lib. 1. cap. 59. in veris. sic. hinc etiam non, ibi, secundum Corolarium, pag. 233. col. 1.*

Nihilominus est res omnino expedita non sit (salva censura sanctae Romanae Ecclesiae, cui omnibus me subiecto) contraria opinio mihi in hoc placet: imo quod nec in hac specie procedit dictus motus proprius. Ipse enim aperte loquitur in annuis redditibus redimibilibus, qui pecunia numerata emuntur, atque super rebus immobilibus, vel quae pro immobilibus habentur illius, qui censum vendit, constituantur; tunc enim requiritur, quod pecunia vere numeretur, preciumque census integrum iustumque recipiatur, precijbus testibus ac Notario & in actu celebrationis instrumenti: non autem prius: aliter enim possent millia in fraudem vsurarum committi, si facta receptio ac numeratio in confesso numerationis sufficeret. Nam saepe ac saepius pro iniusto precio eoq; in rebus minimis parvique valoris, & quae debitori parva vel nullam utilitatem afferret, imo ipsis non necessariis constituto, forsitanque ex reliquatione rationem praecedentium imponatur ab iis, qui inopia laborat egestateque & ere alieno grauantur atque premuntur, vt sibi aliquo modo, quamvis cum graui damno consulant, & ne forte pro debito antiquo in carcerem deturdat, & aliter in dies celebratur contractus censuum, qui nedum non continebatur intra limites à Summis Pontificibus vt in praedictis extr. avagantibus eiusdem contractibus statutos; verum etiam quod deterius est, contrarius omnino pactionibus propter audentem avaritiam stimulum, legum etiam diuinarum manifestum contemptum praese ferabant: cui graui morbo lethiferoque veneno salutari antidoto mededo Summus Pontifex Pius V. Sanctissime statuit, censum seu reditum redimibilem nullo modo creari constitutive posse, nisi in re immobili, aut quae pro immobili habeatur de

sui natura fructifera, & quae nominatim certis finibus designata sit: rursus nisi vere in pecunia numerata praesentibus testibus ac Notario, & in actu celebrationis instrumenti: non autem prius recepto integro iustoque precio, & c. At vero haec omnia cessare videntur in nostra hac praesenti specie, cum etsi precij in pecunia minime solvatur; traditur tamen res immobilis fructifera iusti valoris pro eodem precio absque fraude & dolo, quare videtur contractum hunc minime corrigi nec reformari in dicto motu proprio, ac per consequens valere etiam hodie, sed tantum illi reformantur, qui erant eiusmodi, vt praediximus; diuersi tamen ab hoc: & constat haec opinio ex mente Nauar. *d. consil. 5. de censibus.*

SVM M A R I A.

- 1 Censui semel recte constituto in isto precio, an minori postea licite emi possint? Late discutitur per totam questionem distinguuntur.
- 2 Iura & nomina debitorum tanto viliori precio secure emi possunt, quantum minus valens & commutetur altimatur propter periculum, quod habent, vel expensas in exactione.
- 3 Debita liquida & securi maioris quantitate minori emi non possunt sub pena peccati & restitutionis.
- 4 Usura est minori precio anticipato emere, quod maioris est.
- 5 Pretia rerum pluribus ex causis variantur, & inter alias praecipua est ratio loci, temporis & modi vendendi, rogando emtores, vt in exemplo hic posito, merces enim vltroque vilescunt.
- 6 Iustum pretium non debet attendi, nec constitui ex natura rei, sed ex hominis estimatione, quavis infana sit.
- 7 Distinctio in quaestione principalis, atq; concordia inter opiniones diuersas assignatur, vbi late de motu proprio super forma creandi censu lati intellectus in proposito agitur.

Eadem l. 6.

QV AESTIO CLXXIII.

QV AESTIO praeterea circa eandem l. 6. tit. 15. lib. 4. *Nona Collect. Regia.* an procedat nedum in censibus & iuribus (vulgo *Dichoturos*) nouiter constitutis, sed etiam in iam constitutis iusto precio, de quo in hac lege, vt postea videri nec trasferri possint in alium minori precio: an vero iam semel recte constituti dicto iusto precio (si dominus eorum iustus respectibus motus velit eos vendere atq; in alio: rursus transferre, vt pecuniam numeratam praemanibus habeat, qua eget, vel ad victum & vestitum, vel etiam ad maius emolumentum consequendum, vel alias, & ita querat emtorem, rogetq; vt viliori precio comparetur, possint licite ab alio emi absq; vsurae vel iniustitiae labe vel minori precio, nempe census fundatione sua constituti ad rationem vnius pro quatuordecim ad decem, vnde decem, duodecim vel tredecim, pro quolibet milliario, vel iura Regia emta ab ipso Rege ad rationem viginti mille decem & octo, vel decem & sex mille pro quolibet milliario possint emi viliori precio, nempe ad rationem quatuordecim vel quindecim mille: Quaestio sane satis controuersa & in praxi frequenter contingens, de qua saepe dubitatur, ideo late aliquantulum eam examinare intendo.

Pro cuius introductione praesuppono, nos hic agere de censibus & iuribus tutis atque omni periculo tam sortis principalis, quam expensarum in actione redditum carentibus: alias enim tanto viliori precio res emi poterit secure, quantum minus valet & coiter estimatur propter periculum, quod habet, vel expensae in actione, vt omnes de hac re agentes, communitat fa-

tenetur, & inter alios Syluest. in sua scrip. verbo, supra, el. 2. quait. 1. & Doct. Nauar. plures refer ens in suo Manual. num. 230. & 231. & Mercado ubi infra, statim allegabitur. & in terminis nostri cōtractus censualis ita tenet magistratraliter Palat. lib. 4. de contral. cap. 7. pag. 317. col. 2. & pag. 318. col. 1. dicens, hoc casu non loqui nec procedere morum proprium Pij Quinti in verbis infra relata, num. 6. ad fin.

3 Quo t sic prahabito, videtur in terminis nostrae quæstionis absq; dubio esse, cētus hos atq; iura Regia prædicta etiam in secunda ipsorum venditione emi non posse minori precio, quam ipsi ab initio sua origine sint creati atque constituti. Nam cum ipsi sint omnino securi & omni periculo carentes, ratione prædicta villiori emi non poterūt sub pœna peccati mortalis & restitutionis, vt loquens; En densus liquidas de mayor cantidad por menor, tenent Doctores Nauar. ubi supra, d. num. 2.0. & latissime Mercado De tratos y contratos, capite Del mercader del antido per totum. Secundo, & proprius in terminis nostrae quæstionis id probatur ex litera & decisione nostrae legis 6. Nam iuxta eam census impofiti ad rationem decem redacti sunt ad quatuordecim: Ergo constituti ad quatuordecim eodem precio emi debet & non villiori, quia hoc est suum iustum precium legale, sicque vtrumque casum comprehendere videretur decisio nostrae legis. Nec obstat, si dicatur, legem nostram tantum agere, preciumque constituere solis censibus redimibilibus nouiter creandis; non vero eisdem recte creatis & constitutis, secundo vel tertio vendendis, de quibus ipsa non loquitur: ac proinde alio iure quæreda erit decisio nostrae quæstionis, nempe ab illo, de quo statim in secundo fundamento contrariæ partis agemus. Nam respondeo, eandem rationem militare respectu iusti valoris census iam constituti ipsiusq; rixæ, quæ in nouiter creandis & constituendis, quandoquidem idē est communis atque iustus valor eorundem censuum: Ergo idem ius in vtriusque statuendum est, iuxta illud, cum similib. ff. ad leg. Aquil. nec non contradicunt verba nostrae legis, quamuis præcipue loquatur in nouiter constituendis, & in iam constitutis minori precio, vt ad dictum iustum precium reducantur.

4 Tertio, t quia minori precio anticipato emitur, quod maioris est ad creditum, nēpe quando debitor census vel Rex voluerit redimere eos census, & sic videtur proprie vsura, iuxta tradita per N. quar. ubi supra & latissime idem probat in emtione debitorum atque nominum Mercad. ubi supra.

Et in terminis hanc sententiam in censibus redimibilibus constitutis ad rationē quatuordecim, quod secūdo emi nō possint villiori precio, ex nostramete lege tenet frater Thom. de Mercad. in d. suo tract. De tratos y contratos, cap. De los censos fol. mibi 76. Eandem opinionem, loquens in vtriusq; iuribus redimibilibus tam in venditis & constitutis à Rege ad rationem viginti, quam à priuatis ad rationem quatuordecim, vt non liceat eos vilius emere, tenet & probat per nostram legem frater Ant. de Cordu in suo tract. De casos de compensencia, quait. 79. per totam: eandem intrepide tenet loquens in iuribus Regiis ad rationem viginti emtis atq; constitutis, vt minime possint ad quindecim emi, & quod aliud facientes & conuolentes deducit ad inferos, Albom. lib. 3. del arte de los contratos, tit. 4. de les cambros, fol. 125. col. 1. vers. por esta misma razon.

Verum pro contraria parte ad sunt alię non leues rationes, quæ hominem satis prudentem & timoratę conscientię virum iuste mouere possent ad tenendum contrariam sententiam, & sic partem affirmatiuam in terminis nostrae quæstionis, nempe vt postquam prædictus census & iura cōstituta semel fuerint iusto pre-

cio, de quo in hac lege vel forte maiori, possint licite emi villiori, si à dominis ipsorū sibi eo precio inferiori offerantur & rogentur atq; ad emtionem in reuertur.

Et primo, quia in re sua quilibet est modulator & arbiter, vt in leg. in re mandata, cum similib. C. mandar. Nec obstat, si respondeatur, quod sicut lex respiciens publicam utilitatem, potest taxare precium cuiusque rei vique ad quod liceat res vendere, ita vt supra id ali- quid exigi nō possit, vt in taxa videmus, ita etiam potest iustum precium rebus cōstituere, ita vt villiori non vendantur, prout videmus in censibus redimibilibus per nostram legem. Nam respondeo, quod lex nostra tantum loquitur in censibus & iuribus de nouo constituendis & creandis, in quibus ea precium iustum statuit ob præsumptiones fraudis & vsuram, quibus moti fuerunt nostrae legis conditores, vt constat ex ea, ibi; Que de aqua adelante no se puedan vender, imponer, ni constituir iuros ni censos algunos, & c. & ibi; No se pueda por virtud de las peder ni cobrar en su rizo, ni suera del mas de la dicha razon y respeto: Ten quanto a las iuros y censos contratos hasta aqui hechos a menos precio de los dichos catorze mil maravedis el millar, mandamos que asy si mesmo sean reduzidas, y reduzimos al dicho precio y respeto de a catorze mil maravedis el sem bagan las pagas de aqui adelante de lo que corriere, & c. Quæ omnia primæ emtioni & venditionis census conueniunt; non vero secundæ sicut finis dictæ legis, dum dicit; Y lo mismo se entienda y guarde en los iuros que hasta aqui auemos vendidos, y vendieremos de aqui adelante. Vbi aptum est tantum loqui de prima venditione iurium. Nam secunda non fit à Rege, sed à priuatis, quorum favore constituta fuere: quæ tamen omnia cessare videntur in censibus & iuribus primū, iusto precio constitutis, creatis atque legitime formatis, & iterum secundo venditis, in quibus non videtur omnino militare eadem ratio, quæ in primis, & sic est casus omiffus, & remanet in dispositione iuris cōmunis: arg. l. commodissime, ff. de liberis & posthumis, cum similib. At iure communi hoc esse licitum docebo in secundo fundamento huius partis, & hoc modo satis fecundo fundamento supra adducto pro contraria parte, quod fuit defumtum ex nostra lege, cui solum nituntur Mercad. & Cordub. ubi supra, ad tenendum contrarium.

Secundo, t pro hac parte mirum in modum vrget atque astringit, quod precia rerum pluribus ex causis variantur, & inter alias, de quibus per Doct. Gouar. lib. 2. var. resol. cap. 3. nu. 4. & segg. illa præcipua est, quod communiter ratione loci, temporis & modi vendendi haberi potest. Verbi gratia, cuiusdam mercis precium iustum & commune apud mercatores est centum: & tamē si eadem res statim per manus proxenatarum venditioni exponatur, vel in subhastatione iuste minori precio, nempe septuaginta emi potest, quoniam merces vltionæ, & hoc modo venditæ, vilescit, nec est prohibitum eas hoc modo vendendi vilius emere, quia communiter illo modo vendendi, ita moderate venditur, cessante fraude & monopolio, vt late probat Doct. Nauar. in Manual. materia lingua compofito, cap. 23. numero 78. & 79. & 82. & Anton. de Cordub. ubi supra, vbi eadem ratione idem dicit esse deficiente lege Regis in contrarium, quam postea dicit esse, nēpe nostram) in nostra hac quæstione censuum in secunda eorum venditione, quia cum eos habens, quarat emtores, ipsos alluciendo & rogando, vt emat dīos census villiori precio, quam sine cōstituti, nec amplius aliquid inueniant pro eis dē illo foro & modo vendendi licite, villius ab eo emi possunt per supradicta: eandem sententiam huius secūdi fundamenti tenet & probat Mercad. in d. tract. c. de vender y comprar de contrato, fol. 110.

parum in princ. & loquentes in re vendita in publica subhastatione villiori precio intra dimidiam: tamen cessante omni fraude & collusionē, quæ emēs sit turus in conscientia, late ad vtramque partem agens, resoluit idem Mercad. de vender y comprar al fiado, per tot.

6 Hinc est, quod in contractibus emptionem & venditionem & similibus, non debet attendi nec constitui iustum precium ex natura rei, sed ex hominum estimatione, tamen in ista sit secundum Conradum in tract. de contral. quait. 6. secunda suppositio, & Doct. Covarruias lib. 2. variarum resol. cap. 3. nu. 4. Nec considerandum in precii estimatione quanti res ipsa empta fuerit: neque laboris, quem in eius acquisitione venditor fuit perpeffus: sed tantum habendam esse rationem communis hominum estimationis, vt communiter Da. ubi supra, & Mercad. in d. tract. cap. del comprar y vender al fiado: Ergo in hominum hominum estimatione census iam constitutus & creatus exponitur vendendus, & querantur emtores, majori precio non estimantur: quare illo communi quamvis villiori, quam in sui creatione constitutum fuit, emi secure non poterit.

Tertio, non modicum vrget pro hac eadem parte frequentia horum contractuum in republica & tolerantia nostri Principis eiusque supremi Senatus, quod minime sufferit si licitū fieri non posset. Nec est dicendum, tot homines, præcipue viros religiosissimos atque doctissimos qui hoc modo emendi vti sunt atq; vtuntur, in perditum ire, quæ eadem Fr. Ant. de Cordub. ubi supra, circa fin. fateatur, quod si in quibusdam locis communiter & manifeste nō seruantur prædicta taxa quatuordecim, vel iura Regia constituta ad rationē viginti venduntur villiori precio communiter tam inter diuites, quam non diuites, bonos & nō tales, non esset condemnandi ex supradictis, & quia cōsuetudo legitima interpretatur leges humanas eis que derogare potest, vt in cap. cum dilectum. de consuetud. cum similib. Quod secus dicit esse, si timorata conscientia letuerent taxam nostræ legis, & non tales eam nō seruant, quia eos nō excusaret à peccato mortali & restitutione. Hęc ille, quem in omnibus ad literam sequitur post huius operis primā editionem in instructorium negotiantium lib. 1. c. 17. sed hanc secundam partē gene aliter & in distindte ex supradictis fundamentis probauit nouissime D. Olan. in sua cōcord. iuridit. A. mat. & segg. & postremo Doct. Sarment. lib. 7. sect. 1. inter cap. 2. nu. 10. vers. sed quid si Rex hoc repurans verum licet ab huiusmodi fueris abstinere cōsulat: quāuis secundum subtiliorē rationem prædicta possint defendi, nisi in fraudem legis fieret ab initio secunda venditio, vt ibi per eum Sed & eam tenere intrepide & iuxta eam consulere, atq; similes census eodem modo emere scio religiosos Societatis Iesu, prout à pluribus eorum, præuia eū eisdem collatione à me facta, acceptandem relatum est mihi, quendam & moribus & sanctitate & doctrina grauissimū antistitē huius Regni probasse, nempe Reuerendiss. Granatens. Archiepiscopum Guerrerio iam vita fundum. Vltimo hanc eandē sententiam probauit Licentius Salaz. in tract. de vsu & consuet. & styl. Cancell. civ. nu. 39. fol. 162. vbi respondet ad l. ab Anastasio, & l. per diuersas, C. mand. Et tenendo hanc partem non obstant primæ & tertii fundamentum prioris (secundo enim iam est satisfactū) quoniam illa procedunt & vera sunt, quæque id precium, quod alias habent prædictæ res communiter illo modo vendendi nūc inueniri possent pro eis; tunc enim villiori emi nō possent: at tamen si idē precium eo modo vendendi inueniri non potest, sed exigi ius prout communiter contingit, quoties venditor exponit publice suas merces vendendas easq; offert emere

volentibus, quinimo eos rogat, vt emant huiusmodi precio, quamuis villiori; tamen amplius non inuenit, iustum censetur illud conuentum, ac proinde licitè illo emuntur, vt in secundo fundamento huius secundæ partis, per q; declaratur, restringuntur & limitantur primū & tertii prioris, sicque remanet hæc pars bene probata fundata, saltem iure communi.

Hodie tamen adest motus proprius S. D. N. D. Pii Papæ V. anno 1569. Iatus 14. Calend. Februarii super forma creandi census, de quo agimus in quæstione proxime præcedenti, vbi prior sententia probari videtur in versic. hanc autem salutiferam, in consensu creato quocumque tempore alienando, iuncto versic. seg. ibi, Declarantes; precium semel constitutum nunquam posse ob temporum aut contrahentium qualitatem seu aliud accidens nec quoad vltimo contrahentes minus vel augeri: nam in illis verbis; Nec quoad vltimo contrahentes minus, cum in præcedenti versiculo loquatur de censu iam creato alienando, comprehendit videtur expresse secunda venditio horum censuum, vt minori precio, quam priori fieri non possit.

Quid tenendum Ego profecto t (saluo iudicio re- dius sentiendum) controuersiam hanc hoc modo cōponerem, nempe vt prima sententia supradicta procedat in censibus primo emtis & creatis ad rationē quatuordecim millium, vt in his nō liceat postea eos villiori precio emere, cessante omni peccato ipsorum censuū (alias n. si nō essent securi vel periculū aliquod haberent, tam in forte principali, q; ratione expensarū circa actionē reddituū faciendā tanto minus extimabuntur atq; emi poterunt, quāto minus census hac ratione cōmuniter valent, vt prædixi) secunda vero sententia procedat & locum habeat in censibus & iuribus emtis siue à Rege vel priuato ad rationē viginti, decē & octo vel decē & sex, vel quindecim pro singulis miliaribus; tunc etenim poterunt secundo emi villiori precio, dum modo non minorū, quam ad rationem quatuordecim millium, & sic vsq; ad dictum iustum precium à nostra lege censibus assignatum; & tenendo hanc concordiam, seruantur tenor nostræ legis etiā in censibus iam constitutis & creatis, in quibus eadē ratio reuera militare videtur cōsuetudine in contrarium existenti minime obstant, vt in eadem lege caueatur. Nam quamuis contrarium in secundo fundamento secundæ partis adductū est; procedere tamen id potest in illis rebus, in quibus per legē aliquā vel pragmaticā vel etiā per rempublica vel ex identitate rationis eisdē legis precii taxatum non est. At verò in specie nostrae quæstionis precii censibus redimibilibus & iuribus Regiis taxatū est lege nostra ad rationē quatuordecim pro vno, & aliter constituti ad idem precii reducuntur. Ex quo constat idē esse seruandū in alienatione & secunda venditione, vel tertio eorundem censuum atq; reddituum, quandoquidem nulla maior ratio assignari potest vno casu, quā in altero vel saltē diuersa reperiri nō potest, quæ aliud in vno quam in altero dicendū persuadeat; in vtraq; igitur venditione idē locum habet respectu dicti precii lege taxati, nempe ad rationē quatuordecim pro vno in eo vero quod precii prime venditionis excedit taxationem nostrae legis, bene habebit locum remissio in secunda venditione, & sic secunda sententia principalis suprad. quæ hoc casu recte procedit, quandoquidē in illo excessu nō datur taxatio legalis, sicq; in eo locū habebit, quæ ex secundo fundamento secundæ partis prædixim: quæ cōcordia videt se firmissima in cōscientia ex rationib. adductis, p vtraq; partem iustitiam, & ipse iuxta eam solitū cōsulere, scio, est meā & nouā doctissimis viris, quos super hoc cōsului placuisse, & post hęc eā probare videtur Mag. Pal. ubi 2.

pag. 38 & seqq. Videtur tamen contra secundum mem-
brum huius concordie oblati dictus motus proprius
Pri V. super forma creandi census in versiculis supra
relatis, quatenus in alienatione census iam creati pro-
hibet precium semel constitutum minui non posse,
quoad ultimo contrahentes: Ergo quamvis prædi-
ctum precium excedat taxatam à nostra lege minui
non poterit in secunda venditione contra id, quod di-
ximus in nostra concordia, imo quod in illo, quod ex-
cedit prædictam taxationem quatuordecim millium
pro quolibet milliario, posset fieri remissio atq; dimi-
natio prioris precii in secunda venditione. Igitur concor-
dia nostra hodie procedere non potest, sed indistincte
videtur tenenda & servanda prior sententia negativa.
Sed nihilominus (salva correctione Ecclesie) existi-
mo veram esse & tenendam præfaram concordiam:
nec obstat dictus motus proprius consideratus, vt præ-
dixi. Nam primo et respondeo, quod debet intelligi in
dicto versiculo declarantes, precium semel censui con-
stitutum, &c. in precio iusto punctuali eiusdem census,
in quo supra loquutus est in priori ipsius parte, ubi re-
cepit integro iustoq; precio, quod precium iure com-
muni non erat taxatum, sed pro more provincie sole-
bat constitui, vt dictum est supra in questione proxime
præcedenti: iure autem vt nostram legem
non obstante quacunque consuetudine cuiuscunque
provincie, taxatur precium censuum & redituum re-
dimibiliu, certumq; precium ipsis constituitur, nempe
ad ratione quatuordecim pro vno; hæc autem pre-
cium iustum taxatum à nostra lege & extra hæc Regna
per leges rempublicam vel consuetudine illius regio-
nis minus non poterit, nec quoad ultimo contrahen-
tes, hoc est in alienatione census vel reditus semel crea-
ti. Et hoc est, quod vult aperte; decidit noster motus
proprius, & quod nos quoq; firmamus in nostra con-
cordia, & sic intellectus eidem minime nocet nec in-
aliquo obest. At vero si aliquando ultra dictum precium
census taxatum aliquid plus pro eis dabitur, prout sepe
contingit (præmaxime his temporibus, vt securiores
& magis perpetui sint) quod non est prohibitum,
sed potius permittum, cum tendat in ampliore fau-
orem debitoris censum constituentis, quia maiori pre-
cio vendit remanente sibi eadem facultate redimendi
tunc, quando voluerit, sicut ad rationem quatuordecim
pro vno videret: hoc, quod excedit & superat taxa-
tionem prædictam bene poterit vel iure optimo in
secunda vel tertiori venditione, quoad ultimo contra-
hentes minui, quia soluitur saltem precium taxatum: in
reliquo vero habet locum remissio, attentò illo modo
vendendi, de quo in secundo fundamento secundæ
partis supra fundata, quod hoc casu recte procedit.

Secundo respondeo, quod est dictus motus prop-
rius directo loquitur dispones contrarium in secundo
casu nostræ concordie, quod non credo, sed vt modo
dicebam; hoc tamen receptum in vltimo minime est,
sed, potius contrarium: qui vltus sustineri iure potest,
quando census secundo venditur pro precio taxato,
nempe ad ratione quatuordecim millium pro quolibet
milliario, quamuis maiori precio à principio cen-
sus fuerit constitutus: quandoquidem tunc non offen-
ditur nostra lex nec eius intentio; secus quidò mino-
ri precio supra dicta taxato venditur, vt in primo ca-
su nostræ concordie: tunc etenim prædictus vltus cõ-
trarius minime seruandus erit, vt in lege nostra & in
dicto motu proprio, cum præferat iniustitiam precii atq;
violationem legis iuste precium censuum vendendo-
rum taxantis; nisi Rege sciente & approbante intro-
ductus esset secundum Palat. vbi 3. non tamen meo iud-
icio sufficeret scientia cum tacuitate atq; silentio
ipsum: at vero ad hoc, vt procedat secunda pars nostræ

concordie, non esse necessarium existimo, quod nõ sit
alius emtor, qui pluris æstimet vel offerat, contra Palat.
vbi supra, nam satis est, quod illo modo vendendi eo
precio communitè vendatur, vt supra dictum est.

S V M M A R I A.

- 1 Licetum an sit, & ab usuraratione semotum census redimibiles ea apposta conditione emere, vt non membratim & per partes, sed totum simul redimatur? Late per totam questionem discutitur.
- 2 Huiusmodi pactum non esse usurarium, sed licitum, dummodo ratione ipsius maius precium constituitur.
- 3 Etiam si in supra dicta specie maius precium ratione dictio pacti non constituitur, non erit contractus illicitus nec usurarius, sed validus: pactum tamen ipsum iniustum erit, eoq; non obstante census pro parte redimi poterit, dummodo non sit minima arbitrio iudicis estimanda, prout mediocriter esse videtur tertia pars totius census, vt admittit eius redemptio debeat.

Eadem l. 6.

Q V Æ S T I O C L X X I V.

Quæro ¶ vltimus circa d. l. 6. hoc tit. 15. An licitum sit, & ab usura ratione semotum huiusmodi census redimibiles ea apposta conditione emere, vt non membratim & per partes, sed totum simul redimatur? Et primo videtur omnino esse licitum, & ab usura alienum, quia sicut emens censum, tradit omnem suam pecuniam, precii census iunctam, ita etiam videtur dicendum, quod in pacto de redimendo comprehendatur, vt eadem pecunia simul iuncta eodem modo, quo tradita fuit, reddatur domino census: quoties ipse census redditus fuerit & non alias, vt integra relatio fiat, si igitur hoc ita est, quamvis expresse id deducatur in pactum, nõ fiet quid iniustum, sed imo licitum & permittum, cum idem subintelligeretur deficiente prædicto pacto, de quo agimus: particularis enim solutio multa incommoda adfert, vt in l. quidam estimauerunt, ff. si cent. pte. & in l. plane, ff. famul. erici.

Secundo, quia radix huius census est pactum de retrovendendo, & sic habens censum, est verus dominus: ergo poterit id pacisci, nulla interueniente iniustitia: nempe ne censum pro parte redimere possit, sed quoties velit totum redimere teneatur.

Tertio argumento l. i. supra, hoc tit. vbi iubetur seruari conditio apposta in contractu census, vt si constitutus censum illum, non soluerit certis terminis, re illa cadat in committum, quamuis hæc pena sit enormis & ultra dimidiam: Ergo à foreiori valebit pactum & conditio, de quibus agimus, quandoquidem minus lædit censuarium, & in terminis hanc sententiam tenet nouissime, licet non sic fundet, F. Joseph. Aug. l. in 2. part. s. vlt. Theolog. quest. super 4. lib. sentent. quest. de censib. 7. condit. pag. 327 & Dicit. Sarment. lib. 7. select. interpret. cap. 1. num. 7. addens, quod etiam si ita cautum non esset, iure communi venditor (imo emtor, adde tu) id exigere poterit, vt in totum, non in parte fiat ex solutio, vt probatur s. Lucius ff. de usur.

Rursus pro contraria parte, imo quod huiusmodi pactum de quo præfens est questio, sit iniustum atque usurarium, faci; nam huiusmodi census redimibiles ita sunt approbati à Sede Apostolica, si concurrant conditiones, de quibus in extratrag. 1. Martini V. & 2. Calixti, de emtionib. & venditionib. vt ibidem probatur, quarum vna præcipua est, nempe quinq; qua dabatur facultas venditori redimendi dictum censum in totum vel in parte, quoties & vt magis vellet. Quare contractus emtionum censuum redimibilium aliter facti (hoc est, absque prædictis omnibus conditionibus) erunt illiciti præsumendi: sunt usurarii, vt inquit, dicens,

dicens, quod ita debet teneri, Doctor Navar. in Manual. matern. lingua composita, cap. 17. n. 234. & 235. fol. mibi 282. Etiam terminis nostræ questionis & huius quinte conditionis, quod non sit iusta emptio census huiusmodi cum prædicto pacto, sed presumatur usurarius: nisi majus precium pro hoc daretur censu apposto prædicto pacto, vt per partes census redimi non possit, sed in totum, quam si pactum contrarium adiceretur, teneat idem Navar. in commentar. super cap. 1. & 14. quæst. 3. nu. 85. & 86. vbi quod si ratione prædicti pacti de non redimendo per partes daretur plus, quam ratio exegerit: non erit necessarium adicere contrarium, nempe quod continetur in dicta quinta conditione prædictarum extrauagantium: hinc eandem sententiam tenet & probat Albornoz. lib. 3. Del arte de los contratos, tit. 1. Del censo al quitar, fol. m. col. 2. & 3. vbi resoluit, quod semper quod reddatur domino census pars census principalis, census debet deduci ab illa (hoc est, se ha de redimir la parte proporcional del censo que corresponde al dinero que le dan.)

Et hæc alia tertia opinio in hac nostra questione, nempe quod licitum sit, & absque usura ratione emere census redimibiles prædicta conditione, vt non membratim & per partes, sed totum simul redimatur, quamvis prædicta conditio sit iniusta, qui grauat venditorem, vt non ita facile vtatur pacto de redimendo vel retrovendendo, sicut prædicta extrauagantes eidem concedunt: Quare pro valore & iustitia huius conditionis exigitur, vt majus precium pro censu constituitur hæc adjecta conditione, quam constituitur sit solitum in huiusmodi censibus redimibilibus non adjecta prædicta conditione & pacto, de quo est nostra questio, sed potius contraria, de qua in dictis extrauagantibus: quam vis si majus precium non constituitur, sed idem quod ad solet constitui, non adjecto dicto pacto, non sit illic vltus effugies, quoniam sic census potest emi perpetuus, cur non erit vera emptio, si emtor noluerit se grauius obligare, quam ad retrovendendum totum, vt in proprijs terminis tenet & probat D. Soc. lib. 6. de iustit. & iur. quæst. artic. 3. ad fi. vers. quarta conclusio pag. 359. resolvens, quod ob huiusmodi conditiones, quæ in grauamen venditoris, in leuamen autem emptoris vt graunt, auctior debet esse census æstimati, alias iniustitiam committit ob defectum precij eandem sequi videtur Ioan. Garf. de contrah. 2. part. cap. 4. fol. 63. ad fin. vers. decimos lo tercero, quamvis fol. 147. contrarium innuat.

2 Quid tenendum in hac controuersia? Ego ¶ semper tenui, & nunc quoque probò huiusmodi pactum & conditionem, de quibus est nostra questio, non esse usurarium nec tale præsumi, sed potius licitum, dummodo majus precium constituitur ratione ipsius pacti, quod grauat conditionem venditoris arbitrio boni viri, quam solet constitui deficiente prædicto pacto: quod meo iudicio erit, quoties pro censu redimibili dantur quindecim millia vel plus aliquid pro singulis reditus milliariis, prout sunt plures huiusmodi annui census redimibiles præd. & majori precio constituitur ea intentione, vt non ita facile redimatur, sicut quando ordinario precio ad rationem quatuordecim millium, de quo in nostra lege constituitur: quare tunc & fortius, quando ad rationem decem & sex & pluries constituitur, existimo & teneo licitum esse prædictum pactum atque secundum, vt minime liceat per partes redimere, sed totum simul: & in hoc casu concordant Navar. & Soc. vbi supra: quod & tenet nouissime Magister Michael Palat. lib. 4. de contrah. & rebus, cap. 6. pag. 110. col. 1. Sed nihilominus post huius operis primam editionem vidi Regiam prouisionem è supremo consilio iustitiæ nostræ Regis emanatam, qua non

obstante dicta conditione in censibus ad rationem septemdecim florenorum pro mille constitutis decretum fuit, vt dimidia pars principalis census possit redimi, & redimeretur anno 1594.

Attamen si prædictum pactum adiciatur in censibus constitutis tantum ad rationem quatuordecim, quod est iustum & ordinarium precium eorum, in quibus non apponitur dictum pactum, tunc ad hæc opinioni D. Soti potius, quam contrarie, depe quod non sit contractus usurarius ex adiectione dicti pacti, nec talis iudicandus, sed licitus: erit tamè iniustitia in paritate precij, vt vtrq; faretur: qua ratione cum non sit usurarius, sed iniustus, non erit contractus nullus, sed validus: pactum autem suum non erit seruandum, & eo non obstante tanquam iniusto, poterit census per partes redimi: dam tamen vnaqueq; pars, quæ redimitur non sit minima, prout contingere possit, si in magno censu quis velit singulos ducatos separatim redimere, vel vnam partem minimam eiusdem census tollere: hoc enim esset in graue incommo dum emptoris census, qui possit tota sua pecunia, quam pro censu dedit, prædiu emere, quo aloreitur, salvo semper prædico: quod non possit facere, si minustim recipere cogetur: particularis enim solutio multa incommoda affert, vt est dictum. Debet enim esse pars, quæ redimitur mediocriter veluti tertia totius census, vel alia arbitrio iudicis, atq; quantitate ipsius census & personarum qui quidem iudex pronus potius esse debet in dubio ad redemptionem particularis census admittendæ, quam ad denegandam, præsertim cum census pluribus, retro annis fuerit solutus quia hi census sunt odiosi, nisi ita minima pars offeratur redimenda, quæ in graue incommo dum emptoris tenderet consideratione prædicta arcenta. Non obstant modo fundamenta supra adducta pro prima & secunda opinione, & quidem non primum primæ. Nam respondeo, quod licet à principio, totum precium sit traditum simul: attamen partes ipsæ, hoc est, contrahentes, & lex nostra faciunt proportionem vniuscuiusq; milliarij ad quatuordecim millium, itaq; semper quod datur certa pars precij, dummodo minima non sit, deduci debet principali eadem pars proportionabilis. Secundo respondeo, quod à principio ad constitutionem census necessario requiritur totius precij receptio, ad hoc, vt ratione ipsius reditus debeatur: alias enim quomodo potest existere, causari vel deberi reditus ejus partis precij, quæ soluta non fuit: iniquo profecto esset atq; usurarius: at vero ad redemptionem & liberationem census cum sit actus fauorabilis & in parte non redempta remaneat reditus: nõ requiritur totius precij oblatio, nec consignatio, sed pro illa parte, quæ consignata fuerit, redimetur census: sicque minime eadem ratio militat in vno casu, quæ in alio: & ideo nil mirum, si diuersum jus statuatur.

Non obstat & secundum fundamentum eiusdem primæ opinionis, quoniam emens censum, minime est dominus rei super qua constituitur, sed tantum emit jus quoddam percipiendi ex reditus eiusdem rei ad solutionem census, dominio eiusdem rei remanente penes ipsum venditorem, vt supra resoluiimus, quæst. 167. aduersus Albornoz.

Tertium etiam non obest, nempe l. i. supra, eod. tit. in argumentum, quoniam legis illius dispositio non obsecuatur in praxi in his censibus redimibilibus constitutis super rebus venditoris, vt ibidem resoluiimus super intellectu d. l. i.

Non etiam obstat fundamentum secundæ opinionis, nempe dictæ extrauagantis, vbi in narratione proponitur, vt quoties voluerit venditor totum vel partes redimere in suo sit arbitrio. Nam respondeo, hoc non in modum conditionis restrictiue ibi referri, sed vt

casus contingens & fieri solitum: unde licet id concedatur: tamen in concessione nec verbis nec mente aliud excluditur: imo ratio docet id non fuisse excludendum, cum pactum contrarium minime efficiat, vt non sit contractus emptiois & venditionis: nam vera emptio datur in constitutione census perpetui absque pacto redimendi, vt omnes fatentur: Erit ergo & fortiori & in nostro casu, nec propterea quod illa apponatur conditio, definit esse emptio, vt optime deducit D. Sot. ubi supra. Post huius operis primam editionem questionem principalem supradict. late differit instructorum negotiantium, lib. 1. cap. 59. vers. circa vero. pag. 133 vbi in ea distinguit, sed ejus distinctio mihi non placet, sed opinio quam supra tenui.

SVMMARIVM.

1 Pactum, quod in penam morosi census debitoris lapsus bene merito ipse ad census principalis redemptionem teneatur, non est validum.

Eadem l. 6.

QUESTIO CLXXV.

1 Questio etiam, Vtrum stante hac nostra l. 6. licite possit apponi pactio illa, vt si census non solvatur intra biennium possit exigi quantitas vel pretium, pro quo census existit, & emptio sit excois possit? Et videtur quod sic: quia ad firmiorem cautelam contractus adicitur, ex ea que non minuit pretium census in hac lege taxatum, tenditque ad faciliorem executionem ejus quod emptor teneatur facere, nempe ad faciliorem solutionem census: Ita tenet Olan. in sua concord. sur. lit. A. n. 12. Quod prius probavit Medina in suo Cod. de restit. cap. de censibus redimibilibus, §. ex dicitur vers. quod si censuista. fol. 181 col. 4. & inquit Olan. ubi supra, quod hęc erit optima praxis ac facile & paratum medium exigendi centum aut pretium, si non solvatur, & quod ea pactione vtuntur in Regno Navarra.

Vtrum his non obstantibus, contraria sententia verior est & tenenda meo iudicio, imo quod predictum pactum non sit licitum, nec eo vti possit. Primo, quia expresse cavetur in extrava. Martini V. & Calixti III de emp. & vendit. vt minime apponatur pactum sine conditio, qua venditor census obligetur inuitus ad censum redimendum, sed tantum quotiescunque voluerit: alias enim esset vltura manifesta, quia non fieret venditio, sed pignoris contractus redititque percepti computandi essent in sortem principalem, vt fatentur omnes de hac re agentes. Non obstat, quod nostra lex non improbet hanc pactionem, quoniam ea tantum agit de precio iusto constituendo his censibus: non vero de alijs eisdem conditionibus licitis vel reprobatis, quae delamenda sunt ex predictis extravagantibus, in quibus, vt predictis, hac de qua agimus expresse reprobatur. Nec etiam obicit, si respondeatur, quod hoc primum fundamentum, & sic dicta extravagantes citata hanc conditionem, quam reprobant, loquantur, quando principaliter predicta pactio apponitur, nempe vt ad certum tempus constituens censum eum redimere teneatur: hoc enim iniquissimum est & contra Christianam caritatem. At vero nos in hac questione agimus, quoties non principaliter, sed incidenter in penam morosi debitoris non solventis censum suis terminis constituit, & ad faciliorem executionem ipsius contractus adicitur predicta pactio: quare id, quod principaliter agitur, videtur tantum attendendum, iuxta l. si quis nec causam ff. si cert. per. cum simi. Hęc namque responsio eo diluitur, quod cum hac pactio sit contra naturam & principalem substantiam contractus census, & opponatur vltiori ipsius, vt pote contraria emptiois eiusdem, qua qui-

dem emptio est radix, qua contractus census sustinetur, subsistere minime potest, arg. l. cum precarij, cum fami. ff. de precar.

Secundo, & in terminis nostre questionis hęc nostra & verior sententia probatur ex motu proprio Pij V. Pontificis Maximi edito anno 1569. super forma creandi census, ibi: Pacta etiam continentia precium census extra casum predictum ab iniuto, aut ob penam aut ab aliam causam repeti posse omnino prohibemus, contractusque sub alia forma celebrandos sanerarios iudicamus. Quibus verbis non solum approbatur nostra hac de sententia, sed etiam destruitur obiectio facta supra contra primum huius partis fundamentum & repositio, quam ei assignavimus comprobatur. Nam ideo huiusmodi pactum prohibet Summus Pontifex vltimumque iudicat, quoniam etiam in penam adicitur: est tamen propria natura & substantia contractus emptiois & venditionis census, quo ipse alias sustinetur, contrarium, & ideo non valet. Quo fit, vt proculdubio hęc nostra sententia tenenda sit.

SVMMARIA.

- 1 Pacta qua in contractu censu prohibentur apponi per motum proprium Pij V. super forma creandi census latum, si nihil minus apponantur, aut varietur in totum contractus vel in totum respectu pactorem illicitorum, qua apponita sunt: Hoc eligatur.
- 2 Numeratio precij ad census constitutionem, si venia interuenit idque testibus probetur, sufficit, quauis in instrumento de hoc fides non fiat: secus si predictum precium non in pecunia numerata, sed in rebus mobilibus estimatione solvatur.
- 3 Pactum commissi vel aliud, ex quo minuetur precium census redimibilis, aut conditio venditoris census deterior sit, & conditio emptoris eiusdem melior, est nullum.
- 4 Omne simile non est idem.
- 5 Verba eiusdem motus proprii, ibi, Contractusque sub alia forma, &c. intelliguntur.
- 6 De natura & essentia contractus census redimibilis hodie est, vt precium numeretur, quod deficiente aut non probato per testes contractus in totum corruat, & reditus censu soluitur in sortem principalem computandi sunt.
- 7 Quando contractus census nullus est ex alia causa, idem seruatur, nisi in casu hic posito.

Eadem l. 6.

QUESTIO CLXXVI.

1 Questio denique an cetera pacta, qua in contractu census prohibentur apponi per dictum motum proprium Pij V. anno 1569. promulgatum super forma creandi census, si nihil minus apponantur, nisi pactum autrens, aut restringens facultatem alienandi rem censu, suspensam, usuper & pacta continentia morosum census debitoris tenent ad interesse lucri cessantis, vel ad cibum seu certas expensas aut certas alaria, aut ad salaria & expensas medio iuramento creditoris si liquidadas, aut rem censu subiectam sine aliquam eius partem amittere, aut ius ex eodem contractu, sine aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam penam cadere: non & censum auget, & quoniam creatur super eadem, vel alia re in futurum eiusdem aut persona per eum supposita pro censibus temporis vel prateritis vel futuris: ite pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alio de iure & ex natura contractus non spectant, nonnisi vnter in omnibus, & si nullus & sanerarios contractus census noniter post dictum motum proprium celebratus, in quo predicta pacta reprobata, vel aliquis eorum adiecta fuerint, ita vt nec ius pol. nec fieri possint reditus exigi ex huiusmodi contractu extra firmam motus proprii celebrato, vel an salte pacta ipsa reprobata tunc annullentur, ceteris eiusdem contractus partibus licitis validis

validis permanentibus: Questio profecto in praxi satis vtilis & sepe contingens. Et videtur primo, huiusmodi contractus census in quo predicta pacta illicita & reprobata, vel aliqua eorum ponuntur, in omnibus vitari, ideoque ex tequi non posse ex eodem motu proprio, ibi, Contractusque sub alia forma post hac celebrandos sanerarios iudicamus: si ergo contractus aliter factus, est sanerarius, in nihil valet.

Verum contra hanc partem, imo quod tantum predicta pacta illicita & reprobata adiecta in contractu censuali sint nulla, & cetera in eodem contractu contenta, quae naturae census minime repugnant, sint valida & seruanda, plurima faciunt. Et primo regula iuris, quae habet: Vtile per inutile non vitiatur, vt in l. 1. §. sed si nihil ff. de verb. obligat. vbi gl. in fine alia iura allegat, picipue in diuidis, vt notat Dyn. in regule per inutile, de reg. iur. in 6. Bart. in l. Grace, §. illud, ff. de fideiuss. Secundo, quod in donatione non infiuata excedente quingentos solidos statutum est, nempe vt valeat in quantitate permilla, & in excessu tantum vitiatur, vt in l. sancimus, §. si quid autem, C. de donat.

Tertio, ad idem pondere verba ipsius motus proprii, dum in pluribus sui partibus annullat tantum pacta ipsa reprobata, non vero ipsum contractum in omnibus suis partibus licitis & illicitis.

Quarto, quia licet verum sit iuxta dicti motus proprii verba, necessarium esse ad iustum census redimibilis constitutionem, vt precium integrum eiusdem recipiatur, atque tradatur vere in pecunia numerata presentibus testibus ac Notario in actu celebrationis instrumenti, non autem prius & aliter nullo modo creati conlitiuue posse. Attamen si si reuera ita obseruatum fuit, nam tempore contractus, vel paulo ante traditum fuit vere precium, idque per testes probatur, quamvis in instrumento de hoc fides non fiat per rebellionem, adeo vt nulla fides interuenierit, videtur, saltem iuxta mentem eiusdem motus proprii & facti veritatem, qua sola attenda iudicatur esse, valere huiusmodi contractum & exsequendum esse, & ita audiui praticari in Regali Cancellaria Pinciana, & in terminis nouissime ita interpretatur dictum motum proprii Licentiatius Salazar, de usu & consue. & styl. corra. cap. 8. nu. 45. fol. 117. dicens & late probans, quod etiam tempore celebrationis instrumenti censuali non numeretur pecunia, nec de ea fiat fides, si tamē per testes probaretur vera numeratio, etiam ex causa mutui precedens vel datio aliarum rerum precio estimatarum, tamen agens non deficiat in probatione veri precij vel quantitatis, sufficit, non eritque nullus contractus census, nisi reus probet ex aduerso, quod ipsam integram pecuniam non receperit: cuius tamen in hoc sententia eo tantum casu vera videretur, quo vere pecunia numerata fuit ad effectum census constituendi, & si satisfactum sit substantia & veritati contractus censuali, quantum in instrumento non fiat fides de eo, sicque ad vnguem non sit obseruatus tenor motus proprii: quia ratio finalis eiusdem hoc casu concurrit, veritas nempe receptionis integri iustique precij absque vlla fraude in ceteris vero falla vt patet ex predictis, primo in hac l. 6. questio. 17. ad fin. & per Fr. Ioan. Garthia 2. part. de contractibus. cap. 4. §. 1. 12. & §. 7. in reliquo vero, quando pro censu dantur loco pecuniae numerandae aliae res precio aestimatae, vera non videtur sententia predicta Salazar, vt supponimus, & nouissime probat contrarium instructorum negotiantium, ibi. cap. 9. nouiter ad hac pag. 132. etiam. Eodē igitur modo videtur in proposito dicendum, quod per adiectionem aliquorum pactorum illicitorum non annullentur contractus verus census in quo substantia interueniunt, sed ipsa tantum pacta illicita reiciantur.

Quinto hac eadem pars probatur ex traditis per Olan. in sua concord. sur. lit. A. num. 8. & in vbi tenet, quod pactum commissi, aut aliud ex quo minueretur precium census redimibilis aut deterior fieret conditio venditoris, qui censum soluendum in se suscepit, & quo melior fieret conditio emtoris, est nullum: quia hęc nostra l. 6. dat formam contractui & actus factus contra formam legis est iplo iure nullus ac cū dilicta, descript. cap. cum venerabilis, de offic. delegat. vel salte si quid vltra promissum non debetur, vel si accepit, cogitur restituere, vt in simili dicit notare Petr. Foller. in praxi censuali, in vers. scilicet. ubi vltra percipiatur nu. 3. vbi disputat positio, quod actus esset nullus, an contractus in totum reddatur nullus vel in ea parte tantum, qua promissum est vltra precium receptum: Et post multa concludit pro ea tantum parte nullam esse, & in totum allegatque Bal. in l. certi edictio, §. quonia. n. 3. ff. si cert. per. quam sententia tenet Olan. ubi supra. n. 11.

Ex his igitur bene sequitur ad decisionem nostrae questionis, nempe pacta illicita & contra motus proprii prohibitionem adiecta contractui censuali, ipsa tantum esse nulla, cetera vero in contractu contenta valere.

Quinto, pro hac eadem parte considero, quod omnia pacta supra relata quae improbat motus proprii, minime opponuntur naturae nec substantia contractus emtionis & venditionis, qui est, qui iustificat ipsi censum, sed ipsa emtione & venditione salua & vera manente, eo tendit, vt venditorum census nimis grauent, & in eum graues penas adiciant, quae quidem pacta etiam sint iniusta, & ideo reiciendae: attamen ipsa venditionem nullam minime reddunt: quia non sunt contrariae naturae contractus emtionis & venditionis, prout est illud, quod venditor teneatur censu redimere intra certum tempus in contractu adiectum: hoc enim, vt dicebam in questione proxime precedenti, mutat naturam contractus, cumque reddit contractum pignoris, in quo fructus & reditus debent computari in sortem principalem. Cum igitur in proposito nostro adhuc appositis dictis pactis remaneat vera emtio, conlequens fit, vt census licitus sit, quauis pacta supradicta sint nulla: quia nihilominus remanet firmiter fundamentum & radix ipsius census hoc est, emtio & venditio illius iuris percipiendi censu ex redditibus fundi, super quo census est constitutus: quo fiat, vt predicta prohibita à motu proprio non sint vere & proprie vlturaria, vt inuere videntur supra relata verba sanerarios iudicamus: Nā non dicit eos esse sanerarios sed eos tales iudicat. Et tōmne simile non est idem vt in d. l. si dicitur Codic. de codicill. l. nō possit ff. de leg. l. ad similitudine, Codic. de episcop. & cler. Bart. in l. quod Nerua. in princ. vers. scilicet. opono nullum simile, ff. de post. Bald. in l. memini. nu. 5. cum igitur, C. de legum hereditibus & praeterea aliud est, quem esse talem, vel haberi pro tali, arg. l. praesibus, C. de impub. & alijs.

Ex quibus hanc partem (salta correctione sacrosanctae matris Ecclesiae) veriorē esse & tenendam iudico, praeter quam si ad petitionem domini census praedicta pacta illicita executioni mandarentur; tunc enim contractus vlturarius esset iudicandus, ac per consequens totus nullus, alias secus.

Et teneo hanc partem, non obstant verba motus proprii supra in contrarium relata, ibi, Contractusque sub alia forma post hac celebrandos sanerarios iudicamus. Nam respondeo, quia hęc esse intelligenda iuxta praecedentia, nempe respectu tantum predictorum pactorum contra prohibitionem motus proprii adiectorum; illa etenim tantum superius annullantur: item & iuxta immediate proxime sequentia, ibi: Et ita illis propterea nō obstantibus, quicquid vel expresse,

vel tacite contra hæc nostra mandata dari, remitti aut dimitti contingat, à filio volumus vendicari: nam his verbis declarat præcedenti, vt intelligantur respectu eorum, quæ sunt contra prohibitionem, nempe, vt ea tantum vindicentur à filio, reliquæ vero, quæ licite contracta fuerunt, & sic quæ non sunt contra mandata, minime vindicabuntur nec annullabuntur. Præterea hoc idem significare videtur verba illa dari, remitti aut dimitti quæ tantum conuenire videntur eis, quæ in prædictis illicitis pactis continentur iam supra relatis.

Vel secundo & rectius respondeo, sub alia forma, id est, quam assignata supra in principio eiusdem motus proprii, nempe si census non creetur vel constituatur super re immobili, vel quæ pro immobili habeatur de sui natura fructifera, &c. Illa enim sunt, quæ inducunt formam, cum dicatur, *nullo modo posse censum creari constitui, nisi in re immobili*, &c. Nam quod non opponatur pacta de quibus in principio huius questionis contenta, in *verbo pacta continentis*, &c. eiusdem motus proprii non est forma, sed quædam prohibitio pactorum illicitorum: quod patet, quia ipsa tantum annullat, non vero cetera.

Præterea existimo hodie de natura & essentia contractus censuales redimibilis esse, quod precium numeretur, vt eodem motu proprio cauetur, quod deficienti & non probato per testes, contractus in totum corruet, & ita per sententiam declarari debet, præcipiendo, vt reditus decuti soluti in fortem principalem computentur.

Si autem contractus ipse contractus emtionis & venditionis census nullus esset ob aliam iustam causam ad ipsum annullandum, vt quia venditor potestatem non habeat ad illum censum vendendum, nec in illis bonis constituendum: quia vel sua non erant, vel erant aliis censibus onerata, aut etiam fuit census ille constitutus sine auctoritate superioris, si forte illa erat necessaria, aut ob aliam causam non poterit virtute talis emtionis ipse emptor pensionis illius census recipere, sed receptas teneret restituere aut in fortem principalem computare, & debet suo precio esse contentus, eo quod perinde est, ac si censum illum non emisset: habebit tamen actionem contra venditorem ad interesse, tam damni emergentis, quam lucri celsatis, si quod forte ex tali contractu emtor ipse passus est, nisi sciens rei defectum, & contractus nullitatem eum voluerit inire, quia tunc sibi non alteri erit imputandum: si tamen bona fide censum illum emit, & cum eadem fructibus percipit & consumit, de perceptis bona fide non tenebitur, vt docet Methym. in suo C. de rebus, e. de censu redimibili. §. esse dubium, vers. sequitur hinc. fol. 175. col. 1.

S V M M A R I A.

- 1. *Census annuus an constitui possit super aliqua re fructifera, que non valeat tantum fructum quotannis præstare deducitio laboribus & expensis, quantæ est pensio à censuario soluenda: latè examinatur, distinguitur n. 9.*
- 2. *Censu annuo constitui potest, solum super obligatione personali absque generali incerta, speciali, vel certa bonorum, vel rerum assignatione & hypotheca: sed in contrarium communis sententia Doctorum, vt in num. 7.*
- 3. *Et ideo ipsa re perita & extinguita, adhuc manet obligatio personalis ad annui reditus solutionem, contrarium hodie deciditur in motu proprio Pij. V. vt in n. 7.*
- 4. *Emtor annui reditus agere potest ad exigendum annuum reditum aduersus ementem ipsiusque heredem, amissio tertio fundi possessore, super quo constitutus fuit census.*
- 5. *An hoc procedat contra tertium, qui tanquam prædicti fundi possessor censum recognouit, si tamen postea bona fide desinat eum possidere?*

- 6. *Emens possessiones, vel animalia à non habentibus ea, vel plura quam habeant, & existens statim locans, sorsarius est.*
- 7. *Obligatio personalis non prohibetur à motu proprio Pij. V. apponi contractus census, quoties census ipse sufficienter fundatus est, nempe super re sufficienter fructificante.*

Eadem l. 6.

Q V A S T I O C L X X V I I .

QUÆRO ¶ ultimo an census annuus redimibilis possit constitui super aliqua re fructifera, si tamen non valeat tantum fructum quotannis præstare deducitio laboribus & expensis quantæ est pensio à censuario soluenda?

Et primo pars affirmatiua certa videtur, nam quod res super qua census constituitur, eura omnino non sit, aut non tantum fructum reddat, vt adæquet censum, in emtoris vertitur periculum, non vero venditoris; Ergo emtor nullatenus committit vlturam nec iniustitiam, si modo precium est iustum.

Secundo ¶ facit, quoniam census annuus constitui potest solum super obligatione personali absque generali, incerta, speciali vel certa bonorum vel rerum assignatione & hypotheca, vt probat Conrad. de contrail. quest. 74. & 75. pluribus adductis rationibus, & quest. 87. conclus. 13. & la.issime Meibym. in suo Cod. de rebus, quest. de censu quoad eorum inuest. vers. sed queret aliquid filio 6. & singulariter D. Sot. de iust. & iur. lib. 6. quest. 1. artic. 1. in 4. conclusa. præcipue motus ratione quod quicquid realis census annexam habeat personalem obligationem, eo quod forma contractus temper sic se habet, quod venditor obligat se & sua bona, & per huiusmodi contractus nec dominium rei transferretur, nec fructus venditorum, sed ius illos percipiendi, quo fit, vt quo anno fructus illius rei peribunt, nihilominus census debeatur, & præterea ita se habet vniuersalis usus, vt affirmat D. a Soto ubi s. vbi agit, quod res censui obligatae sunt instar pignoris, quo dilapente, non ideo creditori extinguitur agendi ius, vt in l. seruo. C. de pignor. eadem sententiam, quod census possit tantum constitui super persona, late probat alios allegans D. Couar. lib. 3. variar. resol. cap. 7. nu. 5. vbi etiam probat obligationem percipiendam ad solutionem annui reditus esse personalem, fundum autem vel rem ipsam super qua reditus constituitur, accessorie apponi pro certiori & saniori solutione & ideo rem ipsam specialiter nominatam iure pignoris & hypothecæ accedere, vt in l. fundus quem, & ubi Bari. ff. de annuis legat. Et ¶ ideo etiam ipsa re perita & extinguita, adhuc manet obligatio personalis ad annui reditus solutionem, vt in l. creditor, qui non idoneum pignus, ff. si certum petat. & in l. aduersus ubi Bari. & Bald. C. de act. & oblig. vt cum cogit & approbat. Doct. Couar. ubi in vers. in primis, & in vers. quarto, & D. Sot. ubi s. quomuis contractum in hoc, imo quod rebus peremtis venditor non teneatur censum soluere, nouissime probat Aluar. Valasc. de iure emphyteut. questione 32. num. 16. & Frater Ioann. Casia 2. par. de contr. act. c. 4. fol. 125. vers. la segunda, de quo infra agemus. Et Couaruias, ubi supra, respondet fundamentis contrariae parti: ubi ergo census annuus potest constitui super persona venditoris tantum, conlequitur manifeste, contractum censualem super re minus sufficienter fructifera valere quidem atque licitum esse.

Ex ¶ quibus inferitur atque deducitur, posse annui reditus emtorem, si voluerit, omisso tertio fundi possessore agere ad annum reditum aduersus ipsum constituentem vel eius heredes, etsi ipsi non possideant rem, super qua reditus fuerit constitutus, quod iure & consuetudine ac ipsius contractus legibus palam constat,

constat, vt inquit hæc illationem sequutus Doct. Couar. ubi supra, in numer. 6. vers. hinc etiam, dicens, hoc fieri non posse, nisi concederemus, & verum esset hos reditus actione sola personali plerumque subsistere: quam illationem (quicquid sit in censibus personalibus) verissimum puto, quamuis contra eam leuiter teneat Valasc. d. 9. n. 14. ad si. Nam cum census ipse ab initio recte ac iuste constitutus fuerit, nempe super certis bonis de sui natura fructiferis, consequens est, vt obligatio quoque personalis eidem adiecta valida sit & non pereat quamuis bona ipsa ad tertium postea peruenierint: quod & nouissime probauit Redoan. in tract. de reb. Eccles. non alienan. in rubr. de constitut. annui census in reb. Eccles. nu. 68.

Limitati ¶ tamen debet hæc sententia secundum eandem D. Couar. ubi supra. in eo, qui tertius possessor est, & ratione huius possessionis coactus fuit recognoscere ipsum creditorem titulumque nonum eidem facere: nam hic tantum erit obligatus reditum soluere, dum fuerit eisdem rei possessor: quo fit, vt si res illa absque fraude possessoris, qui recognouerit, ad alium deuenierit, non poterit prior possessor ad solutionem reditus conueniri: quia prædicta recognitio atque personalis obligatio & titulus nouus plus facit, quoad substantiam obligationis ipsum recognoscentem, quamvis antea virtute possessionis tenebatur: quia illa obligatio personalis interponitur ex necessitate possessionis & oneris adherentis rei possessæ, & ideo est intelligenda solum durante eisdem rei possessione, cum eo animo eaque ratione expellat tantum sit prædicta obligatio & recognitio, & ad effectum, vt possit competere executionis ius contra ipsum, si scire non nititur Carol. Molin. in consuet. Paris. 11. numer. 19. cuius opinionem veram intelligit Couar. nisi aliud expresse instrumento recognitionis probetur, siquidem id obseruandum erit cum voluntate contractus adscriptum fuerit: eandem opinionem sequitur expresse referens Couar. Redoan. ubi supra, d. num. 6.

Hæc tamen limitatio non adeo expedita videtur, cum tertius possessor, etsi ratione & causa possessionis illius rei videatur in animo id tantum agere, vt solum obligetur durante ea possessione, attamen cum id non expresse sit, & generaliter se obligauerit ad solutionem census quoque redimatur, standum esse videtur verbis obligationis ita generalibus, quia animus in mente retentus nihil operatur & imputet sibi, qui tam profuso sermone se obligauit, & contra eum, qui legem potuit dicere apertius, & non dixit, est interpretatio faciendâ: vt in l. veteribus, cum similit. l. de pact. Vnde sicut quando expresse cauetur in instrumento recognitionis, tenetur & potest conueniri hic recognoscentes, etiam si rem censui subiectam absque fraude non possideat, vt fatetur Couar. ubi supra, & verum est absque dubio eodem modo idem dicendum videtur, quoad prædicta recognoscentes generaliter & indistincta atque sine temporis præfinitione se obligauit ad solutionem census pro re illa à se possessa, super qua constitutus est, quoque ipse census redemptus fuerit, quia hæc huiusmodi obligatio contracta non videtur accessoria, nec contemperabilis ipsius rei possessioni, & ita non absque iudicio contrarium expresse affirmat Couar. in re hæc tenet & probat Licentiatius Salaz. de usa & consuet. & ff. l. cur. cap. 11. n. 65. & seq. fol. 155. nisi is, qui censum recognouit, rem censui suppositam consensu creditoris alienauerit. Et quamuis opinio Couar. æquitate præ se ferre videatur, contraria tamen, quam modo probauit verior est in puncto iuris, nisi eo casu, quo de animo recognoscentis obligantisque se ad solutionem census appateret in instrumento recognitionis, vellet se nempe obligari pro tempore possidendi

nis eiusdem rei, quo casu possit procedere præfata de hac re sententia Couar. alias secus. Quare cautela erit, vt id expresse exprimat recognoscentes.

Tertio principaliter pro hæc parte affirmatiua facit motus proprius Pij V. Pontif. Max. anno 1596. editus super forma creandi census paulo post principii, ubi, Super re immobili vel que pro immobili habeatur de sui natura fructifera, &c. Næ solum requirit, & res super qua census constituitur, sit immobilis, vel que pro immobili habeatur & de sui natura fructifera, & sic apta ad fructus producendos; non vero quod in actu adeo fructifera sit, vt fructus censum adæquent. Cum igitur dictus motus proprius ibi certam formam præscribat celebrandi in posterum dictos census, ea seruata valebit contractus, quamuis fructus censum non adæquet; quod si hoc aliquo iure anteriori requireretur, adhuc ipsum omittitur atque excludi videtur in prædicto motu proprio, quo fit, vt constituto censu super re de sui natura fructifera quamuis fructus non sufficiant solutioni reditus: dum tamen cetera requisita interueniant, contractus licitus iustusque iudicari debeat: & in terminis hanc partem probauit D. Sot. ubi sup. in. 1. illar. 2.

Verum pars negatiua huiusmodi opinionis verissima videtur: Primo, arg. text. in l. quis nos, 234. in ord. vers. locuples ff. de verb. & rer. sig. bi Locuples est, qui satis idoneus habet pro magnitudine rei, quam aliorum restituit esse petis, l. si vero, §. qui prore qualitate ff. qui satis. Secundo ¶ ex traditis per Doct. Nauar. in Manual. c. 6. ff. p. 6. c. 17. n. 229. & in comment. super cap. 14. question. 3. n. 86. vbi ex aliorum sententia probat, quod emens possessiones, vel animalia à non habentibus ea, vel plura quæ habeantur, & existens statim ea locans, vlturam est. Ergo per eandem rationem similis ei erit, qui emit certum annuum censum ab alio super re, quæ licet fructifera sit; non tamen ei fructus ad soluendum censum sufficiant. Tertio, quia si dominus illius rei fructifera ex eo tantum pensionem percipere non poterit, appolito quocunque labore & industria, sequitur, quod non habet ius ad tantam pensionem ex illa percipiendam, & per consequens, quod ipse non habet, non poterit in aliorum transferre, nec in ea illud constituere, ex quo non est capax tanti reditus. Quarto, quia ex constitutione census huiusmodi non venditur res ipsa nec dominium eius, sed tantum ius percipiendi ex redditibus eius annuum censum, qui constituitur, iuxta veram & communem resolutionem D. supra traditæ quest. 67. huius lib. 2. num. 6. & 7. At vero cum res ipsa super qua census constituitur, non fructificet illam quantitatem, quæ constituitur super ipsa re, vt percipiatur ex eius fructibus quotannis, consequitur manifestissime, vt contractus huiusmodi census sua defraudetur debita materia, in qua subsistat, hoc est, iure fructibus percipiendi respectu quantitatis illius annui reditus excedentis fructus eiusdem rei, si que non sit validus.

Quinto, ¶ quia huiusmodi annuus census redimibilis vt licitus sit, collimi debet super certis fundis aut rebus, ita vt peremtis illis, penamur & census, vt tenet Ioan. de Lioma in c. in ciuitate, & in c. fin. question. 4. de vsu estque hæc communis omnium atque receptissima sententia, vt pluribus relatis affirmat Doct. Couar. lib. 9. variar. resolut. d. cap. 7. n. 5. quamuis (vt prædicti) ipse eam non probet: verum eam sequitur & latissime probat Doct. Nauar. in comment. cap. 14. question. 3. n. 90. & seq. vsque in fin. & plures referens Aluar. Valasc. de iure emphyteut. quest. 3. n. 10. Redoan. ubi supra, num. 42. & segg. & Doct. Sarmien. lib. 7. secl. interpretat. cap. 3. n. 51. & sequentibus Frater Ioann. Casia ubi supra, d. cap. 4. fol. 100. vers. fin. De lo dicho, & Virginius de Vocatiis d. c. interd. vt possidetis, cap. 8. in quæ de censibus num. 26. & testatur communem & in practica receptam com-

muti vlti contrahentium & ab ea non esse recedendum Dicit Perz. in rubric. tit. 2. lib. 8. ordm. veter. p. 16. in fin. & p. seg. id quod hodie Summus Pontifex Pius V. in dicto suo motu proprio super forma creandi census expresse approbavit his verbis: *Hac igitur nostra constitutio statutum censu seu annuum reditu creandi constituit nullo modo posse nisi in re immobilis habeatur de sui natura fructifera, & que nominatim certis finibus designata sit, &c.* & ibi: *Contractusque sub alia forma post hac celebrandos senerarios iudicamus.* Et postea ibi: *Postremo census omnes in futurum creandos, nisi iure in totum vel pro parte per se aut infructuosam in totum vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, sed etiam posse eodem precio existimari, &c.* Quod non est alienum a mente & decisionibus aliorum Summorum Pontificum, nempe Martini V. & Calixti III. in extrava. 1. & 2. de emt. & vendit. vbi huiusmodi census approbantur, qui super bonis, dominiis, oppidiis, terris, agris, domibus & hereditatibus vendi conueiunt. Et in extrava. 1. ibi: *Et recipere sicuti fuerit illa ex domibus, terris & agris, &c.* Et ita est sine dubio tenendum, vt nouissime post huius operis primam editionem profertur etiam Ignatius de Lafatte de decima vendit. cap. 10. n. 98. Contra Couarruias vbi supra & contra Sot. lib. 6. de iustit. & iur. quast. 5. artic. 1. concl. 4. & Matien. in l. gl. n. 1. tit. 1. lib. 5. Nouell. Collect. Reg. dicens opinionem Covarr. & Soti contrariam apud nos magis seruari, quamvis doctissimus Magist. Mich. de Palat. noster Concan. Civit. in suo lib. 4. de contrah. & reit. cap. 5. pag. 367 & seq. quem post hac iam diu scripta in lucem edidit, contrarium etiam probat, dicens, videri, quod in foro conscientie etiam destructis fundis solvendi censum obligatio perseveret: hoc enim contra prefatam receptissimam sententiam, & contra decisionem dicti motus proprio expressum est. Sed & eadem ratione non esse tenendum existimo, quod statim subdit idem dominus, nempe quod id temporis, quod novam securitatem census nova possit emptor bona petere, si qua essent (alias non) hypothecata vt nove censui hypothecarentur: hoc siquidem procedere non potest, stante supradicta receptissima sententia, & motus proprio decisione, cui recte non satisfaciunt Magister, aliterdum eam constitutionem non observari a notratis in censibus vel quod loquatur secundum naturam contractus aliunde non impediti: Nam & observatur, & observari debet omnino, cum sit lex superioris habentis potestatem eam condendi, & quia contractus sub alia forma in posterum celebrandos senerarios iudicat. Superest igitur, vt praedicta nova constitutio Summi Pontificis omnino observanda sit. Cum igitur hec ita se habeant, censu constituto super re, que licet fructifera sit: non tamen tot redditus producat, vt sufficiant redditibus quotannis solvendis, consequens est, vt in reliquo remaneat sola obligatio personalis, in qua sola contractus huiusmodi subsistere non potest, & est illicitus iuxta supradictam receptissimam & veram sententiam. Cum tamen res super quibus census constituitur, sufficienter fructificent, non prohibet motus proprio ad maiorem securitatem emptoris adijci obligationem personalem venditoris, solum desiderat, vt super re immobilis, aut que pro tali habeatur, de sui natura fructifera, &c. constituitur: quare sicut olim ante motum proprium, ita hodie post valebit hoc casu obligatio personalis, vt citius emptor consequatur per capturam personalem ac reale suos redditus quotannis suo tempore exsolvendos: cum appositio obligationis personalis hoc casu non sit subiecta a motu proprio, nec prohibita, & ita practicitur & se habet totius orbis vniuersalis consuetudo, vt existimo. Quando autem res, super qua census constituitur, non est fructifera, vel non est adeo fructifera, vt

sufficiens sit ad censum super ea impositum quotannis solvendum: tunc obligatio personalis nihil praestabit emptori ultra fructus rei, cum super ea minime poterit constitui census, qui excedat fructus eius, vt infra latius dicitur in resolutione quaestionis: quinimo census super re fructifera constituto, exigere possunt fideiussores & pignora hoc est hypotheca generalis pro securitate emptoris: non vero in eum finem, vt censui supposita pereunte, vel inutili facta emptor habere possit recursum ad fideiussores, vel bona generali hypotheca contenta, sed vt securius sit, tum de pensione sibi fideliter suo tempore solvenda tum de immunitate ab evictione rei specialiter censui supposita, & quod libera sit ab alterius census onere, tum de indemnitate ab alijs damnis praeter interitum rei, vt cum Navar. & Ioanne Garfia probat novissime Institutum negotiantium, lib. 1. cap. 17. pag. 224. versic. 1. Statuitur conclusio, & pag. seq. versic. secunda conclusio, quamvis novissime Ignatius de Lafatte vbi supra, n. 15. circa fin. aliud censet, nempe generalem hypothecam in hac specie superadditam censui nihil operari ad census persecutionem & securitatem, sed quod praediximus, est tenendum: tamen Navar. consi. 29. n. 3. & de censibus approbans illud, quod possit dari fideiussor super securitate venditionis census, tenet secus esse de solvendo censum tempore venditionis, quod verum non est meo iudicio.

Quibus fundamentis, quamvis non ita expensis, hac partem negativam in nostra quaestione principali tenet Ioan. de Methym. n. suo Cod. de res. in quast. de censibus quoad contrahit pag. 154. col. in versic. amplius. & prim. Sylvest. in sua summa de censibus, 2. §. 12. n. 10. in vers. sed ego dico, D. Nazari in d. comment. ad c. 1. 14. n. 68. & Frat. Joseph. Angles in suis scribitis Theolog. quast. in d. lib. sentent. quast. de censibus artic. 6. condit. 8. dicens quod hoc casu contractus sapienter vitium, & novissime Doct. Sarment. vbi supra, d. 1. 7. §. 1. interpret. ca. n. 83. vers. fructifera, fol. 39. col. 1. exponens verbum fructifera, dicti motus proprio, secundum subiectam materiam, vt eius fructus ad censum solvendum sufficienter, per tex. in d. l. quos nos §. 1. de pign. & d. l. si vero §. qui pro rei qualitate quos supra citavi, nec aliquid amplius allegat, & Doct. Redoan. vbi supra in rubric. conditiones: quibus annuus census licite emi possunt, & vendi, n. 6. & 7. pag. 118 & Frat. Ioan. Garfia vbi supra fol. 116 & seq. & Virg. Ucaz vbi supra, n. 26. & 28. & D. d. Perez. ad os allegans, vbi supra, pag. 27. col. 1. in si. vers. ex quibus inferitur.

Quid tenendum? Mihi si longe verior & tenenda videtur in hac nostra quaestione pars negativa, quam modo fundavi, ex omnibus fundamentis & auctoritatibus supra pro ea adductis, & praecipue hodie attento dicto motu proprio in verbis supra relatis, qui licet in prioribus verbis, ibi, *De sui natura fructifera*, id in specie & individuo non decidat: attamen secundum subiectam materiam, saltem in genere id voluisse videtur, quoad quidem in proposito res fructifera dici debeat, cuius fructus aequivalent censui quotannis solvendo, & praeterea constat manifestissime ex dicto versiculo postremo, eiusdem motus proprio, dum inquit re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuose in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, &c. Ergo praesupponit ab initio censum fuisse constitutum super re fructuosa ad totum censum solvendum, eamque esse apertam mentem Summi Pontificis in verbis praecedentibus, de sui natura fructifera demonstrat quando quidem apta sunt id comprehendere, nam frustra diceret, re in totum, vel pro parte infructuosa effecta, censum ad ratam perire, nisi a principio res ipsa in totum esset fructuosa. Ergo si ex post facto, quando res quae a principio erat in totum fructifera, minus fructifera sit, census pro

pro rata perijt, a fortiori a principio non poterit constitui census annuus super re fructifera ultra fructus eiusdem rei. Haecque inductio fortissima est, & ex ea cessat tertium fundamentum partis affirmativae. Primum quoque non obstat, quoniam etiam in emptoris vertatur praedictum, quod res super qua census constituitur, rata omnino non sit aut non tantum fructuum reddat, vt adequet censum, fraus tamen aliunde colligitur vrsurarium, nempe quod pecunia data pro censu, pecuniam reddat absque fundamento fructus rei, super qua census constituitur: quod omnino voluit Summus Pontifex in praefato suo Mot. propr. auferre, & ideo non erit licitum huiusmodi contractus. Secundum fundamentum etiam non obest, nempe quod census personalis sit validus, nam in contrarium se habet communis & receptissima sententia, & tenenda in iudicando & consulendo, vt supra visum est in quinto fundamento & partis negativae, quae communis hodie approbatur in dicto Motu proprio, vt ibi quoque diximus, quicquid contractarium adversus praedictum communem & decem. Motus proprio, supra dicti, & minus sufficienter respondens tenet novissime Mag. Palat. vbi supra, p. 314.

Ex quo etiam cessabit hodie concordia, quam inter dictas duas opiniones assignabat Frater Angl. vbi supra, art. 5. in prima & secunda concl. at vero si a principio constitueretur census super re de sui natura fructifera, servata forma dicti Motus proprio, cuius fructus iusta creditate & bona fide reputatur solutioni redditus census aequo sufficienter idque probetur, licet postea ex adverso aliud probetur, existimatem propter praedicta, bonam fidem arbitrio iudicis relinquendum negotium non censeri nec iudicari contractum viturarium praemaxime cum etiam si id propter contrariam probationem dubium efficiatur, propter incertitudinem fructuum adhuc contractus viturarius iudicari non debet, argum. l. si. c. 17. in Ordin. c. 1. de usur. vbi probatur quod ratione incertitudinis futurorum fructuum aliquid iudicatur iustum, quod si appareret certum, esset iniustum: haecque opinio praecipue procederet, si census constituitur esse non solum specialiter super certis bonis de sui natura fructiferis, servata in reliquo forma dicti Motus proprio, sed etiam generaliter super ceteris omnibus bonis immobilibus constituitur, quae quidem simul juncta in suis fructibus censui solvendo aequivalent: quod fieri potest, quando quidem adimpleta fuit iam forma Motus proprio, assignando certa bona de sui natura fructifera suis finibus demonstrata & ad superabundantiam, maioremque cautelam & securitatem emptoris, adhibetur constitutio generalis super certis bonis, quae sola licet ante Motu proprio sufficeret, secundum Fratrem Angles vbi supra, art. 6. conditio. 2. attamen hodie non sat erit absque praedicta speciali constitutione, qua adiecta, illa superaddi minime prohibetur: ergo permilla remanet, sicut olim a quibusdam iuribus cum siml. C. de testam. & l. praecipimus, C. de appellat. Si vero ex post facto, re vera appareret fructus bonorum, super quibus census constituitur esse bona fide, non sufficere ad censum illum annuum exsolvendum, tunc iuxta decisionem dicti motus proprio, re in totum, vel pro parte infructuosa effecta, pro rata census periret, & pro eodem pretio exlingui poterit: quae decisio licet loquatur, quando a principio res erat sufficienter fructifera, & postea lapsu temporis in totum vel pro parte infructuosa efficitur, vt sonant praefata verba, attamen eadem ratione procedere poterit, quoties bona fide & iusta atque communi creditate idem a principio existimabatur, licet postea veritas in contrarium degerat, vt in modo posito casu.

Sed quia saepe meminimus in hac & in quibusdam alijs praecedentibus quaestionibus de Motu proprio Pij

Quinti noviter edito super forma creandi census, vt in posterum non nisi in pecunia numerata coram tabellione & testibus instrumentariis constituantur, &c. ad vetendum necessario duximus, quod post haec scripta, in comitijs de Madrid publicatis ann. 1587. cap. 2. Rex noster Philippus II. inuictus a procuratoribus horum Regnorum consultus super hoc, Regia respondit, non esse apud nos motibus receptum illum Motum proprium & ad Summum Pontificem ab eo Regio nominatim esse supplicatum. Quare inquit novissime Ignatius Salced. in addit. ad Pract. Bernh. Diaz. c. 88. p. 308. col. 2. in princ. quod illa extravagans iam actionibus forensibus supplicatione pendente adducenda non erit.

S V M M A R I A

- 1 Publicis campforibus ministris Reipublicae ab ea constitutus licitum est aureum numisma permutare aut vendere argenteis vel alia minore pecunia, pluribus tamen quam lege aut publica estimatione fuerit definitum, dum tamen non excedant metam & taxam a legibus Regis praescriptam.
- 2 Aureum numisma an permutari aut vendi possit a privatis personis maiori pretio quam sit illi a Republica taxatum? latissime discutitur per totam quaestionem, resolvitur negativae cum distinct.

Ad tit. 18. de cambijs, Novae Collect. Regiae.

Q U A E S T I O C L X X V I I I .

Quaero. *¶ An aliquod aureum numisma possit permutari aut vendi pro nummis argenteis vel alia minore pecunia, pluribus tamen quam lege aut publica estimatione fuerit definitum?* Et hoc licere publicis campforibus ministris Reipublicae, ab eaque constitutis indubium est, dum tamen non excedit metam & taxam a legibus Regijs huius tit. 18. lib. 5. Nova Collect. Reg. in hoc statutum, quod affirmat communiter Doct. quoram aliquos refert, eos sequitur Laurent. Rodolph. in repet. cap. consultit de usur. quast. 26. Palat. Rub. in c. per vestras, 5. nomb. §. 9. n. 13. de donat. inter vir. & vxor. Florent. in 2. par. tit. 1. c. 7. §. 4. Cord. de contrahib. quast. 99. testatur communem Sylvest. in sua summa, verb. usur. 4. in 7. quast. n. 7. & eos referens Doct. Conar. de monet. cap. 7. n. 4. sed & idem sequuntur alij infra referendi.

Valde tamen controversum est, an idem sit in privatis personis, qui hoc officium auctoritate Reipublicae minime habent, plurimis etenim illi placuit, nempe licitum hoc esse privatis personis, vt possint iuste secundum metalli naturam numisma aureum permutare aut vendere maiori pretio quam sit illi a Republica praetaxatum, dummodo augmentum illud sit exiguum, aut cambire nonnullo ab altera parte concessio alteri parti. Nam moneta aurea dupliciter considerari potest, vno modo sub ratione metalli, altero sub ratione monetae: lex igitur, quae estimationem constituit singulis numismatibus, tantum procedit atque obtinet, quatenus sunt rerum pretia, & quatenus numismata, vt numismata permutantur, & in commercium expenduntur, sicque valor legalis servit ad commutationes rerum, quae pro pecunia fiunt, & hic est primus & proprius usus pecuniae vt in l. ff. de contrahib. emt. & quoad hanc partem nulli licet transgredi eius estimationem a lege taxatam, secus vero quoad vt metallum permutantur aut venduntur, & sic secundum usum improprium, verbi gratia, aurea ad deaurandum, vel ad medicamen aliquod conficiendum, vel ad ornamentum, vel ad portandum de loco in locum, vel ad thesaurizandum, vel quia monetae ita antiquae sunt, quae vix signum repraesentant, nec facile a mercatoribus